





*Specimen Academicum*  
SPECIMEN ACADEMICVM  
AD  
L. II. PR. & §. I. D.  
DE JVRISDICTIONE

QVO  
PRAEFATVS EST  
THESIBVS SELECTIS  
QVAS  
AVCTORITATE ET CONSENSV  
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS  
PRO  
SVMMIS IN VTROQVE JVRE HONORIBVS  
RITE INDIPISCENDIS

DIE VIII. SEPTEMBER. MDCCCLXXXVII.

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR  
OTTO AVGUSTVS HENRICVS  
OELRICH S  
HANNOVERANVS.

GOETTINGAE,  
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.

1526

1787,5

A6

SCICUNI ACADMIAN

FU<sup>RE</sup> Q<sup>UOD</sup> DE  
JURISDICTIONE

670

TRAFFATAS EST

THESSIAS SEFFECTUS

671

VACUORITATE ET CONSENSU

LITERATI SCIORUM ORDINIS

672

SIMUS IN ATRIOQ<sup>UE</sup> IACRE HONORIB<sup>RE</sup>

RHEINISCHER DIS



OTTO AVAROLUS LIBRIVS

OTTO AVAROLUS LIBRIVS

HANNOVERIANVS

GOTTHINGAE.

TABER W. GRYGE, AED. LUGD.

  
al qdātā to inālēpātā nālēpātā mālēpātā  
vīlā vōlā nālēpātā idātā, nālēpātā mālēpātā  
mālēpātā mālēpātā lālēpātā mālēpātā mālēpātā  
mālēpātā sālēpātā sālēpātā mālēpātā mālēpātā  
mālēpātā mālēpātā mālēpātā mālēpātā mālēpātā  
mālēpātā mālēpātā mālēpātā mālēpātā mālēpātā  
mālēpātā mālēpātā mālēpātā mālēpātā mālēpātā

**I**nstantibus Sacris anniuersariis iisque semi-  
secularibus almae Parentis nostrae Georgiae  
Augustae, cum summos in utroque jure ca-  
pessere cuperem honores, nec tamen per trien-  
nium, quod in hac alma Musarum, sede ope-  
ram meam qualenkunque legitimae Scientiae  
impendens, peregi, tantum configisset otii lit-  
terariorū, vt solennem exhiberem inauguralem  
Disputationem, ab inel. Fölorum ordinis an-

plissimi indulgentia impetravi, ut habita lectione cursoria, mihi inauguralem mox edituro Disputationem, selectas quasdam theses publice, profundis in vitroque jure recte riteque indipicendis honoribus, defendere literet. Quia amplissimi Fætorum ordinis indulgentia ne plane indignus viderer, in mentem venit, commentando quaedam ad L. u. pr. Et §. 1. D. de Jurisdictione praefari thesibus iisis publice defendendis.

*inclusum*

*et A.*

§. I.

## §. I.

Verba principii Legis XI. haec sunt:  
 „Si idem cum eodem pluribus actionibus agat,  
 „quarum singularum quantitas intra jurisdictionem  
 „judicantis sit, coacervatio vero  
 „omnium excedat modum jurisdictionis ejus:  
 apud eum (scil. cuius jurisdictione contine-  
 tur quantitas singularum actionum) agi pos-  
 se, Sabino, Cassio, Proculo placuit: quae Sen-  
 tentia rescripto Imperatoris Antonini confir-  
 mata est.

Mens principii hujus legis per se satis  
 clara est, quaeri modo possit, utrum judi-  
 ci, cuius jurisdictione ad minores adstricta est  
 quantitates, ex prorogatione de re majori  
 ius dicere licet, nec ne? Affirmatiuam

A 3

tueri

tueri autem Sententiam a). Quoad proroga-  
tionem voluntariam haec Sententia nullis  
dubiis obnoxia esse militi videtur, ob ea quae  
PAVLVS JCtus tradit b), Inter convenientes &  
de re majori apud Magistratus municipales  
(quorum scilicet jurisdictione ad minores quan-  
titates adstricta erat) agetur. Ut taceant ea  
quae JVLIANVS JCtus monete c) inquietis, Ju-  
dex, qui usque ad certam summam judicare  
jussus est, etiam de re majori judicare pot-  
est, si inter litigantes conveniat. Hacc  
enim Lex cum de judice pedaneo intelligi  
possit, quamvis hoc neget VINNIVS d) cap-  
itulo 4. teroquin

a) Quam & tuetur VOETIVS in Commenta-  
rio ad Pandectas lib. V. tit. I. no. 85.

b) L. 28. D. Ad Municipalem.

c) L. 74. §. I. D. de Judiciis.

d) In Selectis juris Quæstionibus lib. L  
cap. 4.

teroquin mihi assentiens, insirmius forte inde pro mea Sententia peti potest argumentum. Effatum PAVLI JCTi argumento ex ipsa rei natura petitio firmari videtur. Jurisdictionem enim tantum in favorem eorum ad certas quantitates restringi existimo, qui jurisdictioni judicium inferiorum (quales erant omnes Magistratus municipales apud Romanos, a quibus ad Praesidem Provinciae provocabatur) subjecti sunt; ne scilicet causae majoris momenti, quales sunt omnes quae quantitates maiores concernunt, relinquantur cognitioni judicis, cuius fama, splendor ac auctoritas, nequaquam par est famae splendori ac auctoritati, quibus instructum est summum Magistratus majoris tribunal. Quisque autem cum juri in

A 4      fui

sui fauorem introducto renuntiare possit,  
nihil sane impedit, quo minus partes cau-  
fas majores quantitates concernentes, Sen-  
tentiae judicis de minoribus quantitatibus jus  
dicere jussi, submittere queant. Accedit  
Sanctio ANTONINI IMPERATORIS e), vi cuius  
omnis jurisdictione prorogari potest, modo  
caeteroquin judex jurisdictionem habeat; pri-  
vato enim pacto partes judicem sibi consti-  
tuere nequeunt. Ac denique, prout quis-  
que fori priuilegio renuntiare potest f), ita  
non dubitarem reum de majori quantitate  
conuentum, priuilegio caufae, habito scilicet  
quantitatis non qualitatis respectu, tributo  
renuntiare posse.

§. II.

- e) L. i. C. de Jurisdictione omnium judicium,
- f) L. 29. C. de Pactis.

## §. II.

Jam accedo ad aliam multo grauiorem, multisque majoribus difficultatibus inuolutam quaestionem, nempe, possitne iudex, cuius jus dicendi potestas ad minorres adstricta est quantitates, ex prorogatione per reconuentione de majoribus quantitatibus jus dicere, ita ut is, qui quantitatem minorem petit judicis potestatem non excedentem, recte mutua conueniatur actione, ad eam quantitatem tendente, quae supra judicis istius jurisdictionem est? Nec hoc affirmare dubito ob ea quae PAVLUS Ictus commemorat g). Qui non cogitur in aliquo loco judicium pati, si ipse ibi agat,

A 5                          cogi-

g) L. 22. D. de Judicis.

cogitur excipere actiones, & ad eundem iudicem mitti. Grauissimum meae sententiae accedit argumentum ex L. II. §. I. D. de Juriisdictione, ad cuius interpretationem me accingo. Verba sunt haec: *Sed si mutua sunt actiones, & alter minorem, quantitatem, alter majorum petit: apud eundem iudicem agendum est ei qui quantitatem minorum petit* (ab eo scilicet qui ipsum de quantitate majore conuenit apud judicem, cui de majoribus quantitatibus jus dicendi est potestas): *nè in potestate calumniosa aduersari mei* (quem mutuo actione ad minorem quantitatem tendente conueni) *fit, an apud eundem iudicem* (scilicet qui de majoribus quantitatibus jus dicit, & apud quem aduersarius, actione ad majorem quantitatem tendente,

tendente, me conuenit) litigare possum, i. e.

Hoc ita constitutum est, ne aduersarius meus:  
calumniouse mihi quaestione mouere possit,  
an mihi minorem quantitatem petenti, ipsum  
majorem quantitatem petentem apud judi-  
cem cuius jurisdictione non ad certas quanti-  
tates adstricta est, mutua actione conuenire  
liceat, cumque sic una instantia priuare,  
cum eum apud judicem de minoribus quan-  
titatibus cognoscentem, conuenire possim.

Cum igitur is qui majorem quantitatem pe-  
tit, pati debeat, ut a reo mutua actione ad  
minorem quantitatem tendente apud judi-  
cem de majoribus quantitatibus jus dicen-  
tem conueniat, & sic incommodum senti-  
tat, ut una instantia priuetur; ita aequissi-  
mum mihi videtur, ut etiam is, qui mino-  
rem

rem quantitatem petit, si a reo mutua actione ad maiorem quantitatem tendente conueniatur, & ratione hujus judicium accipere tenetur apud judicem de minoribus quantitatibus jus dicentem, ac hoc quidem eo magis, cum nullum inde incommodum sentiat, prouocatione ipsi ad judicem de majoribus quantitatibus jus dicentem libera. Hoc & conuenit sanctioni JUSTINIANI b). — Adiit nos quidam docens, quia in conuentione facit obligatum sibi, apud quendam nostrorum judicem: deinde qui factus est in conuentione tamquam & ipse adorem obligatum habens, eum apud alium traxit judicem: & aliquid inopinabile fiebat: quia enim uterque sit iuris finis est.

b) Nov. 96, cap. 2.

que seorsum actoris obtinet officium, miserrimum & risibile inde veniebat: — Saecimus igitur, si quis obnoxium arbitratur habere eum, qui contra se conventionem exposuit, non apud alium judicem, sed apud eum mox a principio conuenire: & eundem esse judicem in utroque negotio.

Ex hac Iustiniani Sanctione recte colligitur, reum, finita nondum causa principali, actorem apud alium judicem mutua actione conuenire haud posse, actorem vero teneri ad suscipiendum judicium ratione mutuae petitionis coram eodem judece, apud quem actionem proposuerit, modo judicis jurisdictio in causam mutuae petitionis prorogari possit. Jurisdictionem vero

vero ad minores quantitates adstrictam ad causas maiores quantitates concernentes prorogari posse, ex ante dictis non minus luce clarius apparet. Videri posset Sententiae meae obstat, juris illud principium, *Judicem de ea tantum reconventionis causa cognoscere posse, de qua ipsi in conventione proposita notio sit; quod tamen potius ad causarum qualitatem quam quantitatem pertinet.*

Sed jam redeo ad L. II. §. I. D. de Jurisdictione, cuius interpretationi meam dicauit operam. Ex iis quae ad cit. legem commentatus sum facile quisque sibi persuadet, male grassatum esse in lege nostra

Virum

ad  
pro-  
nus  
ten-  
um,  
infa-  
tione  
s ad  
per-  
o, de  
eam  
gem  
per-  
ostra  
irum

Virum clarissimum caeteroquin doctissimum  
ANTONIVM FABRVM i). Mutat *To*, *ei*  
*qui qualitatem minorem petit*, in, *ei qui*  
*quantitatem maiorem petit*, & *To*, *possim*  
*quod mox sequitur*, in, *possit*. Sic CAJO  
affligit sententiam, quam ille nequaquam  
habuit, sic non emendat legem sed cor-  
rumpit. Praeterea huic emendationi, teste  
JANO A COSTA Viro clarissimo k), repugnat  
auctoritas librorum Florentinorum &  
omnium vetustorum codicum, in quibus  
constanter scriptum est, *ei*, *qui minorem*  
*quantitatem petit*. Idem tamen Vir clarissi-

i) Rationalium ad Pandectas lib. II. Tit. I.  
pag. m. 103.

k) Commentariorum ad Decretales lib. II.  
Tit. IV, p. m. 390. seqq.

nus JANVS A COSTA l. c. plane diuersam  
secutus est viam in explicanda lege nostra  
II. §. I. Existimat enim, legem citatam  
cum continere casum, — quo actor insituat  
actionem ad minorem quantitatem tenden-  
tem apud judicem cui de minoribus qua-  
ntitatibus jus dicendi est potestas, reus vero  
actorem mutua actione ad majorem quanti-  
tatem tendente conueniat; — eo forsitan mo-  
tus, quod in lege nostra, primo occurrat, &  
alter minorem quantitatem, deinde subsequan-  
tur, alter majorem petat. At cum saepe in  
legibus nostris singulae propositiones se non  
debito ordine excipient, ac non raro in il-  
lis ὑπερ περιπέτης occurrant, peruersus hic  
ordo eum, ut mihi quidem videtur, mo-  
uere haud debuisset. Praeterea autem non  
absque ratione Cajum ordinem propositio-  
num

num mutasse existimo. Voluit enim ut To  
apud eundem judicem agendum est ei &c. re-  
ferretur ad proximam antecedentem propo-  
sitionem alter majorem petat, ut inde hic ef-  
ficieretur sensus, apud eundem judicem, apud  
quem alter majorem quantitatem petit, agen-  
dum est ei qui quantitatem minorem petit. Ne-  
que enim mihi cum JANO a COSTA persua-  
dere possum, CAJVM voluisse, ut To, apud  
eundem judicem referretur ad judicem cuius  
in principio mentio facta est.

Jam non amplius te moror, Lector  
beneuole, id modo a tua flagitans huma-  
nitate, ut si quae forsan minus recte di-  
cta, vel minus diligenter exposita in hoc

B

opuscu-

opusculo tumultuatio opera concinnato de-  
prehendas, ea non tam mihi, quam tem-  
poris, quibus circumscriptus sum, angu-  
lius imputes.

2. 8. 1. de hered. i. ait rend. 14. 9.

I. Vendita hereditate habenda est ratio quaestabatur honororum, quae fuit dicens vendit.  
d. portis deficiens, post vendit, non est in hereditate tempore vendit. c. son glauca ad emolumen-  
tum. II. Inter pueros debet diversa iure iuris accessendi locum non habet. b. di-  
ct. 14. 10. (37. 1.) Si patrono concedatur 16. postea pre dimidiis  
parte; si pueri vero hereditate pro altero dimidio ex parte 13. 2. d.  
de reb. et regul. habent. - in portis hereditatis, statuta sicut  
flos apicula, compellit eum iuris accessi. non postea. non postea.

III. Ius accessendi facio fact. hab. ies. cofundendo aut collegato.  
A. ente non fit pars. 3. 4. 11. 2. 2. 3. qui omnia ista testamenta ab ies. fecit. 4. 7. (29. 9.)  
verbius hoc manet.  
5. 8. de hereditate ies. in fine. (28. 5.)

IV. Cui omnis incrementum invenit certe rei incrementum, ad eum queque post. 10.  
d. venienti accessit post deficiens, cum mire. (universitatis legatos) 11.  
hoc eum vendicato videtur non postea. 21. et 22. de a. 1. 10. 11.  
5. de iuri et lege, hered. (28. 15.)  
10. 9. 11. scilicet et emolumenta non misce-

I. Sicutum non est quia legitimus, aliquip feudor. ex quo in feudo sit.  
d. si quis non habet, sicutum legitimatus omnes filii, omnes legitimi na-  
tori auctoritatem. 10. C. de naturalibus lib. (3. 27.)  
11. C. 6. X. qui filii post legitimini. (Seevel. Greg. 12. 13. 14. 15.)  
naturaliorum. ad longe naturalius retrostabilitas - est postea delectabilis modi-  
menie iam ante contracti; sed habentur non manifestati.

Spiral. Sam. c. 374.

33. de viveros et quemados, quip d. fr. 7. 1.) non singulare portioni tributus  
si portioni eius, sive hereditatis legatarum qui possidere, suam agnoscat.

## Theses.

1. Remedium in hereditate.

Actiones finium regundorum, familiae eriscedae, communi diuidendo personales sunt, non mixtae.

Hereditate vendita in emtorem transit jus accrescendi.

### III.

Remedium L. 2. C. de rescindenda ent. vend. etiam locum habet in emtione hereditatis.

### IV.

Tam in speciali quam in generali hypotheca locus est beneficio excusationis, tertio possessore conuento.

### V.

Exceptio partus incerti non liberat superato rem ab alimentorum praestatione.

### VI.

33. de dequit. v. omitt. hered. (29, 2.) in poveram - ratis ltp. inconvenia - sequitur  
negare eum heredem, cui. portio legit. ex causa est, integrum legata fideiher. iure accipit. quod ex  
33. 18. de hered. v. omitt. vend. (18, 4) ex hered. iura, quae ad portionem quae vendita est per  
hereditatem breviterunt - sed ius istud est de portione altera, quae non vendita fuit

VI. f. T

Legitimi per subsequens matrimonium non  
succedunt in feudis.

VII.

Nec feuda ecclesiastica in dubio oblata, nec  
oblata regulariter feminina dici possunt.

VI

et iuris iurando utrumque non  
succedit in feudis.

V

et iuris iurando utrumque non  
succedit in feudis.

VI

et iuris iurando utrumque non  
succedit in feudis.

Spec. Sacra. 5. 374.

Gut ab. ein Mann wird groß für Edelheit ihres und hat Kinder bis zu  
Lippen, aber nicht und niemand für Dummheit sein rechtes Vor, und sein Kind Edelheit  
mit einem gespielt haben, die ist niemand jüher als das vor, die sind ja alle anderen  
die Kinder werden und schenkt und Leben, wenn Haber in Mutter ist von anderer  
Ihr Freuden, als alle ab dem Kind, die für Freuden gespielt, so für niemand  
jewer für gewonnen freu.

23. XI. 16. HANOVER. 170. - 1. LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HANOVER.

Opposentibus provinciam a Te nihil amio demandabam idem praefatus  
lubens, scipi, quia eo ipso via nihili parabat, qua eam quae inter nos niger amores  
intercedere volebat, confunditur, offequis prosequi, officiis que illa tunc quidam, et in fa-  
miliariorum opam, quae nihil nisi ex parte, eredat. sed enim major expeditum  
est, quam amicis cum bello viri, qualem te esse fatis. Lucre non a longiori, fa-  
tor, nihil plenda est, et omnis, si in laudebus verbis tuis est vobis. Apriunt nihili latifrons  
canguri, in qua exterrit pessum, nisi singulariter quae tua est modifica, sensim  
quodque adeo liger vitulatus pertinet, quibus nimicus gestilem impetrare homini ob-  
taci praeconia. Propheta nihil amplius addi quaeque per hoc tempore tunc incertum  
tale volo, sanctissime pellitibus, sed quod accidit, quae mecum sit obsecrare, tunc permissum  
habet ipsa, ne sic amore, industria et vigilancia effe cicerorum, et tunc nullus  
te confutis beatusculam tunc in honorem tui felicissimum aliquis ad omnia tunc  
paratus.

Aliis non diuersus immoratur, ne aures eorum palpitantes qui omib[us] argumentis  
tunc in qua Tunc, quae mens quidam fortissime exortat et reputat, ut illerum  
~~hunc~~ calculum suum dicentes. Celebris ~~hunc~~ sicut antiqua est haec est de Jure  
febre per philosophorum et iurisperitorum lectiones in febo controversia, quae summo  
parte ab incolis quae partem habet, et propter nati conflictus, ~~hunc~~ aliis cum  
filiis et sororibus suis, et locis universitatum nisi effe tecum, quae filii filii disputat  
diuersus haec de re colloqui: eorum tamen qui nos nunc haec designamus multo magis  
autem magis quod videtur: ~~hunc~~ eorum tamen haec etiam rationem habendam effe posse. Eundem religiosum est ~~hunc~~ alij, et  
tunc inde summipotens, quibus maxime dignus de praefatis; in uero bono, et ex aucto-  
rem graduos. Eliam alij. sicut vale.

Ott. Aug. Hn. Velnicht aus H

Göttingen, Diss., 1786-87







SPECIMEN ACADEMICVM  
AD  
L. II. pr. & §. I. D.  
DE JVRISDICTIONE

QVO  
PRAEFATVS EST  
THESIBVS SELECTIS  
QVAS  
AVCTORITATE ET CONSENSV  
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS  
PRO  
SVMMIS IN VTROQVE JVRE HONORIBVS  
RITE INDIPISCENDIS

DIE VIII. SEPTEMBER. MDCCCLXXXVII.

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR  
OTTO AVGUSTVS HENRICVS  
OELRICH S  
HANNOVERANVS.

GOETTINGAE,  
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.